

1557

A S C E T I C I.

1558

*birfuti incultique
velut quoddam impressum stigmatē
speciale
paululum per defecta membra so-
lita cinguli obstructionem &c.*

Praeterea pium *Carthusianorum* morem non omittam. Notatur enim ad L. IV. c. 32. minio in margine: *Iste passus qui sic incipit: Nosti ait quot &c. legitur in refectorio in die professionis novitiorum. Cui precedit titulus talis: Quarto libro renunciandum Johannis Cassiani: Ex collatione pynuffij abbatis. A L. XII. c. 8. verbis: ero similis vobis mendax — membranae exciderunt.*

DCLXVI.

U. 166 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 330. f. per duas columnas, non una quidem manu, probe tamen scriptus, rubricis enotatus, et, ut praefertur, legatus ad Collegium B. V. Domus rubee rose apud fratres predicatorum in Wyenna a Thoma Haselbachio saepe laudato, patre ac superintendente praefati collegij fidelissimo, sequentia continet: I. ἀνεπίρρατος Capitulum primum. de studio sapientiae et eius commendatione. Initium est: *Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Audiant adolescentuli sermonem de adolescente &c.* Habemus igitur Richardi Scoti S. Victoris Paris. Canon. Reg. anno 1173. extincti Librum de Praeparatione animi ad contemplationem, qui, ut ab e-

*virtuti incultique
velut quoddam impressum speciale
paulisper defecta membra solita
cinguli obstructione &c.*

jus Tractatu de Gratia Contemplationis seu Benjamin majore V. Libris constante distingueretur, etiam Benjamin minor audit, Capita 87. censet, in Editione a. 1494. f. l. 4. titulo de XII. Patriarchis mihi objacet, et in Opp. omn. Colonide 1621. 4. ad p. 178. legitur. Atque haec Lectio non uno loco e Codice nostro perfici potest. Ad ejus calcem Librarius annum 1429. notavit.

II. fol. 25. sequitur Συναγμα Homiliarum et Sermonum S. Johannis dicti Chrysostomi Ep. Cypolitani numero XXIX. in antiquis versionibus, initio sumto a Sermone I. de Cruce et Latrone, qui incipit: *Hodierna die dominus noster pependit in cruce &c.* et habetur edit. gr. lat. Maur. Paris. 1718. T. II. p. 403. Atque ita et reliqua partim genuina, partim spuria per priores hujus Editionis Tomos sparsa sunt, exceptis sequentibus, quae fortasse meam in vestigando diligentiam fefellere: 1) Omelia de Cruce et Latrone. Init: *Hodie incipiamus karissimi de crucis tropheo predicare &c.* 2) De Eruditione discipline. Init: *Eruditio discipline custos est spei &c.* 3) De Militia spirituali. Init: *Bona quidem fieri et utilia regis &c.* 4) De Militia christiana. Init: *Omnes homines qui se student*

E e 3

humo

bumo tollere &c. 5) *De Patre et duobus filijs*. Init: *Omnium quidem de scripturis questionum abfolucio* &c. 6) *Ad Neophitos*. Init: *Benedictus deus* &c. *Ευλογητός ὁ Θεός. ἰδοὺ καὶ ἀπὸ τῆς γῆς* &c. A *Maurianis*, ut spuria, prae-termiffa. 7) *De Nativitate domini*. Infit: *Et reclinavit eum in presepio* &c. *Et reclinavit eum mater eius. Ioseph enim non audebat attingere* &c. 8) *De Lazaro suscitato*. Infit: *Grandi fratres stupore, grandi miraculo* &c. 9) *De sancto Job*. Infit: *Veruntamen fratres karissimi, intendat caritas vestra, quod dico. Quoniam audiimus librum sancti Job*. &c. Fortassis ex his quaedam ad alium Homiletam graecum aut latinum pertineant.

III. fol. 97. Ejusdem, ut e calce adsumo, *Tractatus de reparatione lapsi valde bonus et utilis*. Initium: *Quis dabit capiti meo aquam* &c. Est Liber prior ad *Theodorum*, qui extat Edit. *suprac.* T. I. p. 1. et a me utroque *Vol.* non femel relatus est.

IV. fol. 114. *Incipit tractatus Crisostomi de compunctione cordis*. Liber videlicet ad *Demetrium*, cujus initium: *Cum te intueor beate Demetri frequenter insistentem michi* &c. Jam et alibi a me indicatus, et insertus T. I. *suprac.* p. 122. In *Codice* deest sub finem Textus ille: *Non enim omnis* &c. *Matth.* 5. 19. et statim sequitur Liber alter ejusdem argumenti ad *Stelebium* sine inscriptione: *Et quomodo fieri potest, o homo dei*

&c. qui et ipse in *Editis* p. 140. succedit.

V. fol. 129. p. 2. *Tractatus*, ut e calce praeoccupo, *domini Hugonis de modo orationis*. Initium: *Domino et patri T. b. munusculum hoc dilectionis mee* &c. Editus cum ceteris *Hugonis* ad *S. Victorem Paris.* Canonici Reg. *Scriptis Rothomagi* 1648. T. II. p. 238. f. ubi in *Capita VIII.* divisus est, nobis continuus. In *Edit.* pro *T. b.* habetur *Charissimo H.*

VI. fol. 133. Miscella ex omni Theologia lecta in formam *Libri* constantis *Capitibus CC.* quorum *Index* ad calcem praesto est, et inter quae etiam *Sermones* et *Epistolae* quaedam censentur. Titulus abest; *Caput* autem I. inscribitur: *Exhortatio brevis de ceco illuminato* et incipit: *Audita in euangelio ceci nati illuminatio docet, ut nos, in quorum voce psalmista dicit: Dereliquit me lumen oculorum meorum* &c. Profundius lectionem ingressus ad *Hugonem de S. Victore* Miscella nostra referenda esse comperi. *Caput* namque X. inscriptum *de quinque septenis* me ad ejus *Allegorias in Matthaeum*, atque adeo ad *Edit. supracit.* T. I. p. 303. deduxit. Vidi tamen, multa in *Codice* nostro congesta desiderari in *Editis*, alia per omnem *Editionem* vagari. Ita v. g. *Caput* nostrum LIII. *de spirituali Cithara* T. I. inter *Annotationes elucidat. in Psalmos* legitur p. 71. n. LXV. *Caput* nostrum LXXXV. *de tribus Vuis* legitur

gitur *ibid.* p. 72. n. LXIX. *Caput* nostrum CLXXXVI. de *Theophrasia* legitur T. III. inter *Eruditiones Theologicas L. I. Miscell.* p. 122. *tit. LXXXIII. &c.* Discipulorum ex ore *Hugonis* excepta, aut ex eius *Scriptis* carpta temere in chartas conjicientium culpa haec accidere potuere; interim *Oudinum* T. II. *col. 1142.* de tumultuaria *Hugonis* Operum Editione conquerentem non parum fulciunt, neque negligi deberent, si quis unquam de sospitando *Hugone* cogitationem susciperet. Atque huic inquirendum etiam foret, quid censendum sit de reprehensoria illa *Hugonis* ad *Johannem Hispal.* Archiepiscopum *Epistola*, quae in *Codice* nostro *Caput CXCVIII.* constituit, in *Edit.* vero T. III. L. I. *Miscell. cit.* p. 119. *tit. LXXX.* legitur. Si enim *Scriptores Hispanos* apud *Floresium España Sagrada* T. IX. *en Madrid 1752.* p. 241. 4. consulas, neque tempora *Hugonis* et *Johannis* rite congruunt, neque is fuit *Johannes*, qui reprehensionem ejusmodi mereretur.

VII. *fol. 190.* p. 2. *Incipit soliloquium Hugonis.* Alias de *Arrba Anima.* Deest Prologus ad *Canonicos in Hamerisleua.* Initium: *Loquar secreto anime mee &c.* ut *Edit. cit.* T. II. p. 223. et nobis alibi hoc *Vol. II.*

VIII. *fol. 199.* *Incipit ysidorus Sententiarum de Summo bono.* Saepe et hoc et superiore *Vol.* relatus, ut *Indices* docent. *Quemvis III. Librorum* praeterea suos *Elenchus Capitum*, qui etiam hic

non semper cum *Edit. Paris. 1601.* p. 617. consentit. Etiam hic L. I. adjectum est *Caput 31. de Poenitentibus*, quod re ipsa est *Caput 16. L. II. de Eccl. Officiis* edit. *cit.* p. 604. *Capite I.* pro: *deferente Deo* habet *deserto Deo*; ubi *Edita* legunt: *ab ipsa tamen aeternitate* omittit *inutile tamen*, et pro: *quae ordinata sunt in Deo*, ponit *ordinate*, quod cum praecedente *inordinate* melius congruit. Ita *Codicem* hunc non negligendum vides. Init ille: *Summum bonum Deus est &c.* et exit: *celestis aula letificandos includit. Explicit liber sententiarum S. ysidori episcopi. 1434. festo S. Georij.*

IX. *fol. 249.* p. 2. *Incipit Liber Soliloquiorum Sancti Ysidori Episcopi.* Praeterea *Argumentum*, quod habes emendatius edit. *mox cit.* p. 305. Dein *Praefamen* illud: *Uenit nuper ad manus meas quedam Cedula Ciceronis &c.* de quo egi *Vol. I. P. I. col. 981.* *Dialogus* ipse non in II. *Libros* distinctus, sed in multas *Rubricas* incipit: *Anima mea in angustijs est &c.* finit: *Tu mihi super vitam meam places. 1434.* et ad emendanda *Edita* valet. Ita *mox initio*, ubi *Dubreulius* legit: *tanti doloris non invenio argumentum. Luendae calamitatis indicia non comprehendo*; reponit: *Tanti doloris non invenio argumentum euidendi. Calamitatis indicia non comprehendo &c.*

X. *fol. 265.* *Sermo ἀπερρυγῶφος*, qui incipit: *Beatus apostolus tempora ista, quando futurum erat, ut omnes gentes in deum crederent*

rent &c. et est S. Augustini Orationem Dominicam exponentis, ut legitur T. V. Edit. Maur. Sermo LVI. col. 322.

XI. fol. 268. Incipit prologus Augustini de assumptione corporis gloriose et perpetue virginis. Ita: Ad interrogata de Virginis et matris Domini resolutione temporali et assumptione perbenni quid intelligam. responsurus &c. IX. deinceps Capitibus adseritur Deiparae cum corpore in coelos adsumtio, non quidem ab Augustino, certe tamen a Viro pio, docto et moderato, ut Edit. mox cit. T. VI. Append. col. 249.

XII. fol. 271. Meditationes beati Augustini. Initium: Domine deus meus da cordi meo &c. Porriguntur usque ad C. IX. finiuntque: secundum tuarum multitudinem complaceat miserationum. Per Ihesum christum &c. Inter Subposita in Append. T. cit. col. 107.

XIII. fol. 275. Augustinus de sanitate anime et de indigna familiaritate mulierum. Tres sub hac Rubrica Sermones comprehenduntur, in quibus ne γεῶ quidem de Mulieribus. Primus incipit: Nostis fratres karissimi omnes homines sanitatem corporis querere, sed quamvis bona sit sanitas corporis, multo melior est sanitas cordis. &c. Atque hinc Librarius superiorem Rubricam finxit. Sermo vero ipse in Sortilegos, Aruspices, Divinos, Phylacteria et Ligaturas superstitiosas invehitur, quorum utique in Sermonibus suis Augustinus non semel meminit. Sermo alter incipiens: Bene nostis fratres ka-

rissimi me vobis frequenter supplicasse &c. extat in Append. T. V. edit. supracit. n. CCLXXVIII. titulo de Auguriis col. 462. ad Caesarium relatus a Maurianis. Tertius brevissimus ejusdem argumenti init: O si videatis fratres karissimi quia mea non cessat humilitas &c. Retuli hos III. Sermones Vol. I. P. I. col. 814. nescius tamen tunc, medium Caesario adscribi. Ita dies diem docet.

XIV. fol. 277. Incipit Hugo (Victorin.) de Archa Noe Pro Archa sapientie Cum Archa ecclesie et Archa matris gratie. Ita quidem praescripsit Librarius opus, quod in edit. supracit. T. II. p. 298. audit de Arca Noe Libri quatuor. Et quatuor quidem hi Libri in Codice eodem modo decurrunt, ut in Editis, quamvis in Capita paullo aliter divisi; at habent adjunctum Librum Quintum inscriptum de Picura Arche, quem Editores perperam hic avulsum titulo Mysticae arcae Noe Descriptio p. 286. praemifere adjecto insuper dubio: Cujuscunque sit auctoris. Sed enim melioribus exemplis destitutos id eos fecisse, probant extrema Libri Quarti, quae cum apud eos terminentur: et iucundantur mundi corde in contemplatione veritatis; in Codice nostro procurriendo aperte in Librum Quintum introducunt. Itaque en illa: Breuiter dicturus eram, sed fateor vobis, multa me delectat loqui. Et erat adhuc fortassis, quod dicerem, si vestrum fastidium non timerem. Nunc ergo ipsius Arche nostrae exemplar proponamus, sicut pro-

propofuimus, quod exterius depingimus (Iconifimum aliquem Arcae innuit) ut foris difcamus, quid intus agere debeas. Et cum huius exemplaris formam in corde tuo exprefleris, domum dei in te edificatam efle leteris. Et jam Quintus Liber incipit: *Primum in planicie, ubi archam depingere volo, medium centrum quero &c.* Liber ifte in Codice confpirat cum Editis ufque ad C. XIV. p. 296. de *Manfionibus quadraginta duabus*, qui locus a verbis: *ad terram promiffionis gratiae*, ufque ad verba: *Hæc ad constructionem arcae &c.* in Codice deeft. Reliqua rurfus confonant ufque ad Editorum finem: *hoc interim exemplari affeclum fuum prouocet.* Deinceps vero in Codice additæ funt fequentes VI. Rubricæ: *Rerum fignificationes negligenter pertransire non debet negligens (diligens?) facri eloquij fcrutator. Quomodo numeri fignificent. Rerum proportionem in quibus confiderantur. De Ponderibus. De Menfuris. Mappa mundi.* Et hæc quidem aliquatenus refert Librum IV. *Excceptionum Hugonis* T. II. p. 348. Cetera vero, utut illius efle videantur, ad V. Libros de *Arca* certe non pertinent, neque alibi in Editis ejus reperiuntur. Initium Rubricæ I. *Diligens fcrutator facri eloquij rerum fignificationes &c.* Finis VI. cuius auus primus fuit *Herodes fecundus patruus*, qui *Jacobum interfecit. Explicit.* 1434. *post urbani.*

XV. fol. 320. *Sermo S. Ambrosij. Inie: Nabuthe hystoria tem-*
Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

pore vetus est &c. Ut edit. *Maur. Paris.* 1686. T. I. col. 565. Deest tamen etiam huic Exemplo extrema illa *περιχορη*: *Sed oportet &c.* cujus loco iterum: 1434.

XVI. fol. 329. *Augustinus de heresibus.* Nempe ad *Quodvultdeum.* Nequaquam tamen, ut Edit. *Maur.* T. VIII. col. 1. sed *Breviarium* perfunctorie inde excerptum.

DCLXVII.

Codex membranaceus lat. Sec.^{R.} 2234 XIV. Folior. 42. 4. partim lineis longis, partim per duas columnas scriptus, minio distinctus, et quondam *Domus Vallis Josaphat*, id est, *Carthusiæ Dolanensis* ob *Huffiticas* devastationes a. 1444. *Olomucium* translatae, nunc vero extinctae continet fequentia: I. absque titulo *Lignum Vitæ*, qui *Tractatus* legitur *Opp. omn. Bonaventuræ* T. VI. *Lugd.* 1668. p. 403. f. et ad calcem habet: *Magister Bonaventura.* Caret in Codice *Iconismo Crucis*, incipit: *Cristo crucifixus (confixus) sum cruce. Ad gala. 2. Uerus dei cultor christique discipulus &c.* et fortassis etiam in quibusdam Exemplis *ms.* titulum praefert *Fasciculi Myrrhae*; ait enim Auctor in *Praef. Colligere studii Hunc myrre fasciculum.*

II. fol. 16. p. 2. minio: *Incipit ternarius*; in margine vero: *Incipit Itinerarius totius vite.* Neutrum inconcinne; agit enim *anonymus Ascetes* de triplici *Via*, atque ita orditur: *Ecce descripsi tibi*

F f

tibi